This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Gh 64.445

Penon. Versiones Homeri Anglicae.
1861

Gh 64.445

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

VERSIONES

HOMERI ANGLICAE

INTER SE COMPARATAE.

SCRIPSIT

DAVID GEORGIVS PENON

DOCTOR PHILOSOPHIAE.

BONNAE

APVD ADOLPHVM MARCVM.

MDCCCLXI.

Gh64.445

1861. Oct. 18
Gray Fund
1.0

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

„Much have I travelled in the realms of gold,
And many goodly states and kingdoms seen;
Round many western islands have I been,
Which bards in fealty to Apollo hold.
Oft of one wide expanse had I been told
That deep-brow'd Homer ruled as his demesne:
Yet did I never breathe its pure serene
Till I heard Chapman speak out loud and bold:
Then felt I like some watcher of the skies
When a new planet swims into his ken;
Or like stout Cortez, when with eagle eyes
He stared at the Pacific — and all his men
Look'd at each other with a wild surmise —
Silent, upon a peak in Darien."

JOHN KEATS.

Magnam litterae Anglicae versionum Homericarum versibus compositarum subministrant copiam, de quibus magna cernitur iudicii diversitas. Etenim cum omnino magnis difficultatibus sit impeditum, si quis poetam Graecum in linguam quandam recentiorem transferre conatur, mirari non licet, quod saepe illiusmodi conamina sine ullo probabili fructu fuerunt.

Atque ego versiones Homericas Anglica lingua compositas inter se comparaturus huic muneri me satisfacturum esse spero, non omnes illos, qui Homerum Anglice reddere studuerunt, sed nullum praeter Chapmanum, Popium, Cowperum in collationem vocaturus. Cum enim ceterae versiones Homericae, quibus homines litterati litteras Anglicas locupletaverunt, aut tam nihili sint habendae, a iudice impetrari ut nequeat, ut diligentiorem instituat de eis quaestionem, aut tantum specimina, quibus singula quidem quomodo tractata sint perspici possit, neque vero in universum de inter-

pretis ingenio iudicium ferri queat: solos illos, quos dixi, tres viros dignos esse censeo, in quos paulo accuratius inquiratur.

Attamen pauca de eis, qui in duo, quae distinxi, posteriora genera referri possunt, praemittere operae pretium erit.

Atque primus quidem omnium **Arthurus Hall** Homerum in linguam Anglicam transferre conatus anno p. Chr. n. MDLXXXI decem priores Iliadis libros Anglice redditos edidit. De quo Thomas Wartonus in libro illo optimae notae, quem de historia poeseos Anglicae scripsit, hoc iudicat: „*This translation has no other merit than that of being the first appearance of a part of the Iliad in an English dress.*"

De **Hobbesii** et **Ogilbyi** versionibus sic fere iudicatur, apud illos virtutem poeticam prorsus desiderari. Popius quoque, quem subtilem iudicem his in rebus habendum esse puto, simile de illis iudicium fert: „*His (Hobbes's) poetry as well as Ogilby's, is too mean for criticism.*" Neque defuerunt etiam qui contenderent, in Hobbesii Homero duos tantummodo versus reperiri poetici coloris speciem prae se ferentes eosque legi in Iliadis libro VI.:

„*Now Hector met her with her little boy,*
That in the nurse's arms was carried;
And like a star upon her bosom lay
His beautiful and shining golden head."

Vna cum hoc loco aliquot versus ex primo libro desumptos afferre liceat, quibus quanta ille fuerit ingenii inopia atque ieiunitate melius intellegatur:

„*His bow and quiver both behind him hang,*
The arrows chink as often as he jogs,
And as he shot the bow was heard to twang,
And first his arrows flew at mules and dogs."

G. L. Craikus in libro, cui titulus est: „*Sketches of the History of Literature and Learning in England*" hoc dicit: „*For the most part, indeed, Hobbes's Iliad and Odyssey are no better than travesties of Homer's, the more ludicrous as being undesigned and unconscious. Never was there a more signal revenge than that which Hobbes afforded to imagination*

and poetry over his own unbelieving and scoffing philosophism by the publication of this work. It was almost as if the man born blind, who had all his life-time been attempting to prove that the sense which he himself wanted was no sense at all, and that that thing, colour, which it professed peculiarly to discern, was a mere delusion, should have himself at last taken the painter's brush and pallet in hand, and attempted, in confirmation of his theory, to produce a picture by the mere senses of touch, taste, smell and hearing."

Mentionem deinde facio **Drydeni**, qui Virgilii Aeneida reddere studens quamquam singula haud raro feliciter imitatus est, tamen in universum ad Latini exemplaris elegantiam non accessit. Hic Iliadis quoque primum librum particulamque sexti in suam linguam transferre conatus est. Quem cum Popius laudet, tum in eo reprehendendum esse censet, quod Chapmani versionem Homericam plus iusto spectaverit. Quam ob rem Popium ipsum vituperandum esse postea apparebit. Deinde Popius sic pergit: „*However, had he translated the whole work, I would no more have attempted Homer after him than Virgil, his version of whom (notwithstanding some human errors) is the most noble and spirited translation I know in any language.*"

Denique **Tickellum** commemoro Popii aequalem, qui primum Iliadis librum in linguam Anglicam translatum edidit. De quo libro Samuelis Iohnsonii iudicium attulisse sufficiet, qui in libro quem inscripsit: „*Lives of the English Poets*" hoc dicit: „*The poetical incident of most importance in Tickell's life was his publication of the first book of the Iliad as translated by himself, an apparent opposition to Pope's Homer of which the first part made its entrance into the world at the same time . . . To compare the two translations would be tedious, the palm is now given universally to Pope; but I think the first lines of Tickell's were rather to be preferred; and Pope seems to have since borrowed something from them in the correction of his own.*"

Iam vero transeundum est ad illos tres viros, quos supra nominavi, ad **Chapmanum**, **Popium**, **Cowperum**, de quorum

studiis in Homero vertendo collocatis iam disserendum erit. Ac primum quidem, ut recte iudicari possit, quatenus Graecum exemplar vertendo assecuti sint, antea, **quo loco illi viri in litteris Anglicis positi fuerint**, paucis adumbretur necesse est.

De **Chapmani** vitae conditionibus quae memoriae tradita sunt — et parva quidem notitia ad nos pervenit — non integram fidem habent, nam multa ex eis fabularum fictarum speciem prae se ferunt, ita ut idem huic poetae contigisse videamus quod Shaksperio: ut in narratiunculis, quae de eius vita versantur, commenta cum veris commixta sint. Quod omnino fere evenire solet, ubi ea, quae ab historia tradita sunt, non sufficiunt ad personam quandam satis depingendam. Natus est Georgius Chapmanus, Antonio Woodio auctore, anno MDLVII, alii vero nescio quo testimonio nisi anno MDLIX primam lucem eum conspexisse contendunt, in vico, ut videtur, „*Hitching Hill*," quae quidem coniectura inde fontem ducit, quod Chapmanus ab amico G. Brownio in eius „*Britannia's Pastorals*"

„*The learned shepherd of fair Hitching Hill*"

appellatur. Quid in pueritia egerit, qua ratione institutus fuerit, prorsus nescimus; id tantum pro comperto haberi licet, iuvenili aetate eum universitatem litterarum Oxoniensem adiisse, ubi quo modo vitam degerit Th. Wartonus [1]) haec narrat: „*He passed about two years at Trinity College in Oxford, with a contempt of philosophy, but in a close attention to the Greek and Roman classics. Leaving the university about 1576, he seems to have been led to London in the character of a poet.*" Londini dum vivit amicitia coniunctus erat cum Shaksperio, Spensero, Marlowio, Ben Jonsone, Daniele aliisque claris viris nec non favorem Walsinghami, viri civitatis gerendae peritissimi, assecutus est. Maxime autem ei favit Henricus, princeps de Wales, quem anno MDCXII mortuum in carmine, cui titulum imposuit:

---

1) *The History of English Poetry, from the Close of the Eleventh to the Commencement of the Eighteenth Century.*

„*An Epicede, or Funeral Song*“ celebravit. Postea Roberti Carr comitis de Somerset gratiam et favorem sibi conciliavit. Vitam eius longius persequi cum non sit mei propositi, id tantum addo, saepe eum in res adversas incidisse. „*Chapman,*“ ait Giffordus, „*died, I fear, poor and neglected.*“ Diem obiit supremum anno MDCXXXIV, qua de re A. Woodius hoc dicit: „*At length this most eminent and reverend poet, having lived 77 years in this vain and transitory world, made his last exit in the Parish of St. Giles's in the Fields, near London, on the twelfth day of May, in sixteen hundred and thirty four, and was buried in the yard on the south side of the church of St. Giles.*“ Mores eius Woodius his verbis delineat: „*A person of most reverend aspect, religious and temperate, qualities rarely meeting in a poet.*“ Quae ita accipienda esse puto, ut Chapmanus a feroci illius temporis et libidinosa, cui plerique poetae indulgebant, vitae consuetudine sese abstinuisse amicusque fuisse castitatis et sobrietatis credendus sit. Atque idem de eo Oldysius iudicat: „*Chapman preserved, in his conduct, the true dignity of poetry, which he compared to the flower of the sun, that disdains to open its leaves to the eye of a smoking taper.*“ Homerum in lucem edere incepit Chapmanus anno MDXCVIII. Duodeviginti annis post editio eius totius Homeri publici iuris facta est. Neque minus Musaeum Hesiodique opera et dies in linguam Anglicam transtulit. Atque omnino in omni fere poeseos genere versatus est: nam in carminibus quoque lyricis et fabulis scenicis conscribendis operam collocavit suam, ex quibus „*The Shadow of Night*“ et carmen illud funebre in mortem principis de Wales compositum verum poetam Chapmanum fuisse optime docent. Neque vero idem iudicari potest de eius fabulis scenicis, nam licet partes earum, quae lyricum quendam vel epicum colorem habent, ingenium poeticum prodant, tamen ipsam vim dramaticam — sit venia vocabulo — ut assequeretur, ei non contigit. Qua de re Robertus Chambersius in encyclopaedia litterarum Anglicarum verba faciens hoc dicit: „*Previous to this, Chapman had translated part of the Iliad; and his lofty fourteen-syllable*

rhyme, with such lines as the following, would seem to have promised a great tragic poet:

„From his bright helm and shield did burn a most unwearied fire,
Like rich Autumnus' golden lamp, whose brightness men admire,
Past all the other host of stars, when with his cheerful face,
Fresh wash'd in lofty ocean waves, he doth the sky enchase.“

Sed ad hoc iudicium non possum accedere. Versus enim illi a Chambersio laudati quamvis Chapmanum praeclarum poetam epicum fuisse ostendant, tamen non habent unde eum bonum tragicum quoque fuisse appareat. Qua occasione data Caroli Lambii de Chapmani operibus scenicis iudicium praetermittere nolui, qui in „*Specimens of English Dramatic Poets*“ hunc in modum disserit: „*The selections which I have made from this poet are sufficient to give an idea of „that full and heightened style“ which Webster makes characteristic of Chapman. Of all the English play-writers, Chapman perhaps approaches nearest to Shakespeare in the descriptive and didactic, in passages which are less purely dramatic. Dramatic imitation was not his talent. He could not go out of himself, as Shakespeare could shift at pleasure, to inform and animate other existences; but in himself he had an eye to perceive, and a soul to embrace all forms. He would have made a great epic poet, if indeed he has not abundantly shown himself to be one; for his Homer is not so properly a translation as the stories of Achilles and Ulysses re-written.*“ Henricus Hallamus in libro, cui titulus est: „*Introduction to the Literature of Europe in the fifteenth, sixteenth and seventeenth centuries*“ hoc omnino iudicat: „*Chapman deserves no great praise for his „Bussy d'Amboise.“ The style in this and in all his tragedies is extravagantly hyperbolical; he is not very dramatic . . . Yet he has more thinking than many of the old dramatists; and the praise of one of his critics, though strongly worded, is not without some foundation, that we „seldom find richer contemplations on the nature of man and the world.“ There is also a poetic impetuosity in Chapman, such as has redeemed his translation of Homer, by which we are hurried along. His tragi-comedies, „All Fools“ and*

„*The Gentleman-Usher,*“ *are perhaps superior to his tragedies.*“ De comoedia „*All Fools*“ in „*Retrospective Review,*“ vol. V., hoc iudicium legimus: „*The characters in general are well sustained; the dialogue is spirited; and the incidents interesting and agreeable; added to which the versification is rich and musical, and many passages of considerable poetical merit are scattered over it. The talents of Chapman nowhere appear to so great advantage.*“ Magno videmus studio flagrantem aetatem nostram ad tempus illud, quo Elisabetha regina floruit, perscrutandum, quod mirari non licet, nam ubi primum in Shaksperium inquiri a doctis viris coeptum est, fieri non potuit, quin, ut toti illi aetati adferretur lux, laboraretur. Hazlittus in „*Lectures on the Dramatic Literature of the Age of Elizabeth*“ „*He, indeed,*“ inquit, „*overlooks and commands the admiration of posterity, but he does it from the tableland of the age in which he lived. He towered above his fellows „in shape and gesture proudly eminent,*“ *but he was one of a race of giants, the tallest, the strongest, the most graceful and beautiful of them; but it was a common and a noble brood.*“ Ac profecto illis praeclaris ingeniis, quae una cum Shaksperio effecerunt, ut aetas illa litterarum Anglicarum vere aurea vocari debeat, Chapmanus adnumerandus est. Emersonus huius nostri temporis scriptor bonae notae in libro suo „*English Traits*“ appellato hunc in modum lectorem interrogat: „*How came such men as King Alfred and Roger Bacon, William of Wykeham, Walter Raleigh, Philip Sidney, Isaac Newton, William Shakespeare, George Chapman, Francis Bacon, George Herbert, Henry Vane, to exist here?*“ Videmus ergo ab hoc viro Chapmano sedem inter Shaksperium et Baconem honoratissimo loco concessam esse. Quibus ex viris illustribus Emersonus deinde hoc quaerit: „*What food they ate, what nursing, school and exercises they had, which resulted in this mother — wit, delicacy of thought, and robust wisdom?*“ Alium denique locum ex eodem libro repetitum ubi attulero, de Chapmano satis dictum fore puto: „*How many volumes of well-bred metre we must jingle through before we can be filled, taught,*

renewed! We want the miraculous; the beauty which we can manufacture at no mill — can give no account of; the beauty of which Chaucer and Chapman had the secret!"

Venio nunc ad **Alexandrum Popium**, anno MDCLXXXVIII Londini natum. Cuius cum educatio multis rebus adversis impediretur, ingenii demum vi et quo flagrabat discendi desiderio factum est, ut litterarum scientia satis imbueretur. Vniversitatem ullam litterarum adire ei non concessum fuit, cum fidem catholicam profiteretur. De primis eius carminibus iudicare praetermitto, cum elegantia poetica in „*Essay on Criticism*" demum appareat. Qua in re id potissimum miramur, quod hoc carmen, quo quantam iam ad animi et iudicii maturitatem pervenerit, optime perspicitur, anno vitae undevicesimo fecit. Sed maiorem etiam virtutem poeticam prodit carmen „*The Rape of the Lock*" inscriptum, de quo G. Spaldingus in historia quam conscripsit litterarum Anglicarum hoc iudicat: „*It is the best of all mock-heroic poems, and incomparably beyond those of Tassoni and Boileau, its Italian and French models. The sharpest wit, the keenest dissection of the follies of fashionable life, the finest grace of diction, and the softest flow of melody, come appropriately to adorn a tale in which we learn how a fine gentleman stole a lock of a lady's hair. And the gay mockery of human life and action is interwoven, in the fantastic freaks of the benignant sylphs and malevolentg nomes, with a parody, not less pleasant, of the supernatural inventions by which serious poetry has been wont to attempt the elevating of reality into the sphere of the ideal.*" Acrior animi ardor quam in ceteris eius operibus elucet in duobus aliis carminibus, quorum alterum inscribitur: „*Epistle of Eloisa to Abelard*," alterum: „*Elegy on an Unfortunate Lady.*" Sublimibus autem et grandibus sententiis refertum est illud „*The Messiah*" inscriptum, carmen omnem in partem accuratissime elaboratum. Popius iam antea in vertendis veteribus poetis versatus, hortantibus amicis anno MDCCXII Homeri Iliadem convertere incepit. Odysseam autem non solus transtulit, sed una cum duobus aliis viris, qui eius morem et scribendi rationem diligentis-

sime imitati fere suum fecerant, ita ut huius poematis anno MDCCXXV in lucem editi tantum XII priores libri a Popio ipso, posteriores ab illis duobus, Fentone et Broomio in linguam Anglicam translati sint. Popius suam Homeri versionem magna adnotationum quam ad historiam tam ad elegantiae artem spectantium copia instructam subscriptionis lege, ut ita dicam, edidit. Quae res, cum magnum lucrum fecisset, facultatem ei dedit villam emendi, ubi reliquam vitae partem curis vacuam et otiosam degit. Attamen concedere nequeo Popio, quod dicit:

„*And thanks to Homer, since I live and thrive,*
Indebted to no prince or peer alive."

Nam quaestus ille qui ex edito Homero redundaverat, re vera nihil aliud erat nisi tributum quoddam ab hominibus conditione et opibus florentibus Popio, cum optime de litteris Anglicis meruisset, redditum. In satira „*The Dunciad*" contra adversarios scripta multum acuminis et inventionis in rem valde indignam perdidit. Denique ex eis, quae in postrema vita scripsit, haud exigua laus tribuenda est libro „*Essay on Man*" inscripto, quippe in quo rem amplissimis finibus circumscriptam prudenter coercuerit nec sine praeclara elegantiae poeticae laude. Epistolas Popii valde dilucide et emendate conscriptas inter optima huius generis in litteris Anglicis exempla referendas esse censeo. In litteris ad amicas mulieres scriptis elegantia et venustas quaedam Franco - Gallica inest neque vero semper importuna. Vita excessit anno MDCCXLIV in villa sua in litoribus Thamisii sita. Corpore erat debili et mala valetudine saepe oppressus est. Floruit Popius reginae Annae aetate, quam per longum tempus viri docti sine iure auream litterarum Anglicarum vocabant. Quod huic aetati singulare ac proprium sit optime cernitur in Popio poeta et Addisone prosae orationis scriptore, uterque enim formam magis quam rem spectat, apud utrumque politio quaedam externa et elegantia Franco-Gallica, quae ad Boileauii potissimum praecepta conformata est, reperitur. Spaldingus hac de aetate disserens sic iudicat: „*Subjecting themselves cordially to the*

laws of that French school of criticism, of which Dryden and his contemporaries had been in part disciples, they exhibited, perhaps more thoroughly than the literary men of Louis the Fourteenth's court, the results to which those laws tend." Desideratur in Popii operibus poeticis maximam partem didacticis grande illud et sublime genus dicendi. „*It has been said,*" inquit Spaldingus, „*that Pope never tried to be pathetic except twice; and this is scarcely an unfair description of his tone of sentiment. All the poetry of his school was carefully prepared for a refined and somewhat finical class of readers, who shrunk from the idea of being called on to fancy any scenes, more stormy than those of their own level and easy life.*" Ethica Popii poemata carent quidem altitudine vere philosophica, sed ubicunque in eis subtilis consideratio psychologica cernitur. Quem praeter ceteros poetas admiratus est, Drydenum semper fere in manibus tenuit et ipse fassus est, se huic suam in versibus condendis facilitatem debere. Sed hanc ipsam versificandi „*fatal facility*" fuerunt, qui reprehenderent. Sic Cowperus, „*Pope,*" inquit, „*has*

Made poetry a mere mechanic art
And every warbler has his tune by heart."

Priusquam autem hunc poetam relinquimus, afferam liceat locum ex Roberti Chambersii „*Cyclopaedia of English Literature,*" ubi de illo in universum sic iudicat: „*He was undoubtedly more the poet of artificial life and manners than the poet of nature. He was a nice observer and an accurate describer of the phenomena of the mind, and of the varying shades and gradations of vice and virtue, wisdom and folly. He was too fond of point and antithesis, but the polish of the weapon was equalled by its keenness. His wit, fancy and „good sense" are as remarkable as his satire. His elegance has never been surpassed, or perhaps equalled: it is a combination of intellect, imagination, and taste, under the direction of an independent spirit and refined moral feeling. If he had studied more in the school of nature and of Shakspeare, and less in the school of Horace and Boileau, if he had cherished the frame and spirit in which he composed the „Elegy" and*

he „Eloisa,“ and forgot his too exclusive devotion to that which inspired the „Dunciad,“ the world would have hallowed his memory with a still more affectionate and permanent interest than even that which waits on him as one of our most brilliant and accomplished English poets.“

Reliquum est, ut quem locum **Cowperus** in litteris Angicis tenuerit, brevibus demonstretur. Guilielmus Cowperus anno MDCCXXXI in vico, qui *„Great Berkhamstead“* vocatur, in comitatu Hertfordiano sito, in vitam ingressus est. Corpore debili et natura pavida praeditus tamen leporis facetiaruinque sensu non carebat. Hominum ingenia et mores bene novit, sed pro animi timiditate publico munere nunquam functus est. Id enim potissimum spectabat, ut sibi soli solus viveret. Nam iam inde a pueritia interdum animi perturbatione, posterioribus autem vitae annis nonnunquam ipsius vesaniae gravi impetu vexatus est. Qua re commotus, Londini tumultu relicto, rus se recepit, ubi quietam accommodatamque naturae suae vitam degit una cum amicis nonnullis fidelibus, quibus aliquando contigit, ut eius animi aegritudinem tollerent. Poesi operam navavit quinquagesimo vitae anno iamiam peracto. Prima eius carmina anno MDCCLXXXII edita sunt. Tomus alter in lucem prodiit anno MDCCLXXXV, qui inscribitur *„The Task,“* de quo poemate illo tempore omnium assensu comprobato Robertus Southeyus, qui opera Cowperi edenda curavit, haec dicit: *„„The Task“ was at once descriptive, moral, and satirical. The descriptive parts everywhere bore evidence of a thoughtful mind and a gentle spirit, as well as of an observant eye; and the moral sentiment which pervaded them gave a charm in which descriptive poetry is often found wanting. The best didactic poems, when compared with the Task, are like formal gardens in comparison with woodland scenery.“* Sed illis poematis conscribendis Cowperi vis ingenii valde videtur atte-

1) *Private Correspondence of William Cowper with several of his most intimate friends. Published from the Originals in the possession of his Kinsman, John Johnson, L. L. D. 3. Ed. 2 Vol. London 1824.*

nuata esse. Quod ipse fassus est in epistola ad I. Newtonum data [1]): „*It may seem strange, but it is true, that after having written a volume, in general with great ease to myself, I found it impossible to write another page. The mind of man is not a fountain, but a cistern; and mine, God knows, a broken one.*“ Nihilominus Homerum convertere ausus est. Totum opus anno MDCCXCI subscriptionis lege in lucem prodiit, paucis deinde annis post alteram editionem vulgavit, sed priori valde dissimilem, quo factum est, ut illam submovere non posset. Quibus autem rebus ad Homerum iterum edendum commotus sit et quas regulas hac in re sibi praescripserit, Cowperus cum Iosepho Hill per litteras communicavit. Dicit enim in epistola [1]) ante diem quartum Calendas Apriles anni MDCCXCIII scripta haec: „*I am now busied in preparing Homer for his second appearance. An author should consider himself as bound not to please himself, but the public; and so far as the good pleasure of the public may be learned from the critics, I design to accommodate myself to it. The latinisms, though employed by Milton, and numbered by Addison among the arts and expedients by which he has given dignity to his style, I shall render into plain English; the rougher lines, though my reason for using them has never been proved a bad one, so far as I know, I shall make perfectly smooth; and shall give body and substance to all that is in any degree feeble and flimsy.*“ De hac altera editione iudico cum Roberto Southeyo, qui, cur prior editio alteri praeferenda sit, hisce demonstrat: *Whoever has perused the Translator's letters must have perceived that he had considered with no ordinary care the scheme of his versification, and that when he resolved upon altering it in a second edition, it was in deference to the opinion of others. It seems to the Editor that Cowper's own judgment is entitled to more respect than that of any, or all his critics; and that the version which he composed when his faculties were most active and his spirits least subject to depression, — indeed in*

1) *Private Correspondence of William Cowper, etc.*

the happiest part of his life, — ought not to be superseded by a revisal, or rather reconstruction, which was undertaken three years before his death, — not like the first translation as „a pleasant work, an innocent luxury,“ the cheerful and delightful occupation of hope and ardour and ambition, — but as „a hopeless employment,“ a task which he gave in „all his miserable days, and often many hours of the night,“ seeking to beguile the sense of utter wretchedness, by altering as if for the sake of alteration.“ Editio prima, qua ego quoque nunc utor, locum suum in litteris Anglicis hunc usque ad diem obtinuit, alterius autem editionis immutatae nunc homines vix mentionem faciunt. Simili quoque fortuna — nam „habent sua fata libelli“ — usum est immortale illud Tassonis poema, quo Hierosolyma liberata celebravit, quod, quamquam sibi ipsi aliud persuasum erat, novatum iterum edidit, et quidem ut Cowperus posterioribus demum vitae annis, cum ingenii acies hebetata erat. Quo factum est, ut haec altera eius poematis editio, quam non nisi in utraque magna Tassonis operum collectione vulgatam esse puto, brevi temporis spatio oblivione obrueretur; contra dici vix potest Hierosolyma liberata, ut primum e calamo poetae profluxerant, quoties edita sint. Vltimam Cowperus degit vitam multis calamitatibus vexatam. Vanis tristitiae ex superstitiosa religione ortae angoribus sollicitatum continuo metus tenuit poenarum quas vita peractà sibi imminere putabat. Vltimum Cowperi carmen „*The Castaway*“ elegantia plenum eius vim poeticam illo etiam tempore non fractam fuisse demonstrat. Mortem occubuit Cowperus anno MDCCC vitam miseriarum plenissimam finiens. Fuit quasi praenuntius recentioris illius litterarum Anglicarum aetatis splendidae, quas Scottus, Moorius, Byron ad summam altitudinem adduxerunt. Rigidae et tralaticiae consuetudinis, quae saeculo modo antecedente, quominus vis poetica libere explicaretur, impedimento fuerat, repagula perfringens primus est, quem sibi ipsi aliquid vindicantem videamus. Omnino eius poesis ad religionem spectabat. Canendo celebravit vitam domesticam Britannorum, sed etiam ad altiores res accessit. Procul

coetu hominum vivens, remotus a Londini turba et — Horatii verba mea faciam — a „confusae sonu urbis illactabili murmure," participat magnarum illius temporum totum fere orbem terrarum concutientium. Admirabili generis humani libertatis amore incensus exclamat:

„'t is liberty alone that gives the flower
Of fleeting life its lustre and perfume;
And we are weeds without it."

Fuerunt qui Cowperum compararent cum Alfierio Italorum poeta neque negari potest multa singularia his viris communia esse. Reperitur talis comparatio in Macaulayi libro *„Critical and Historical Essays"* inscripto, qua hoc loco allata a Cowpero discedam. Scite autem historicus ille praclarissimus *„The forerunner,"* inquit, *„of the great restoration of our literature was Cowper. His literary career began and ended at nearly the same time with that of Alfieri. They both found poetry in its lowest state of degradation, feeble, artificial and altogether nerveless. They both possessed precisely the talents which fitted them for the task of raising it from that deep abasement. They cannot, in strictness, be called great poets. They had not, in any very high degree, the creative power,*

„The vision and the faculty divine;"

but they had great vigour of thought, great warmth of feeling, and what in their circumstances, was above all things important, a manliness of taste, which approached to roughness. They did not deal in mechanical versification and conventional phrases. Liberty was the muse of Alfieri, Religion was the muse of Cowper. In their hatred of meretricious ornament, and of what Cowper calls „creamy smoothness," they erred on the opposite side. Their style was too austere, their versification too harsh." Queritur uterque acerbissime de aetatis, qua est, inscitia et perverso iudicio idque emendare studet. Dicit Cowperus:

„Manner is all in all, whate'er is writ,
The substitute for genius, taste and wit."

Similem in modum Alfierius despicatui habet tragoedias a

oetis Italicis, qui ante ipsum fuerant, scriptas, quod cernitur in verbis eius hisce: *„Mi cadevano dalle mani per la languidezza, trivialità e prolissità dei modi e del verso, senza parlare poi della snervatezza dei pensieri. Or perchè mai questa nostra divina lingua, sì maschia anco, ed energica, e heroce in bocca di Dante, dovra ella farsi così sbiadata ed languida nel dialogo tragico?“ „To men thus sick of the languid manner of their contemporaries ruggedness,“* iure optimo dicit Macaulayus, *„seemed a venial fault, or rather a positive merit.“*

Atque nunc quidem, ubi **Chapmani**, **Popii**, **Cowperi** mores et ingenia quam brevissimis describere et quonam in litteris Anglicis positi fuerint loco, ostendere conatus sum, ad id, quod in toto hoc munere mihi propositum est, accedere licet, ad **comparationem** dico **versionum Homericarum ab illis tribus viris compositarum.** Qua in re cum alia spectanda sint, tum tria digna mihi videntur esse, de quibus paulo accuratius ac subtilius disputetur. Primum enim de **origine**, deinde de **ratione in versibus condendis adhibita**, tertio denique loco de **dicendi genere**, quo in vertendo viri illi usi sint, disserendum esse arbitror.

Primum igitur de **origine** illarum **versionum** quaeramus, h. e. quibus potissimum rebus unusquisque ex illis tribus poetis ad Homerum vertendum commotus sit, videamus. Ac profecto ut, si quis vitae cuiusdam viri imaginem exprimere volet, is amore et studio huius rei inflammatus sit necesse erit, ita is quoque, qui scriptorem quendam alienum in suam linguam transferre conatur, huius rei studio ac voluntate teneatur oportet, si modo dignam alieno exemplari imaginem procreare vult.

Atque huic quidem rei, quae necessario a quoque interprete postulari debet, solus **Chapmanus** satisfecit. Sed huius poetae Graeci amor et studium, cum fere lymphaticum vocari possit, nescio an magis laudandum quam aliqua ex parte reprehendendum sit. In praefatione ad lectorem, *„Of all books,“* inquit, *„extant in all kinds Homer in the first and best.“* Ostendit quoque nimium eius animi fervorem locus in epistola dedicatoria *„To The High Born Prince of*

Men, Henry, Thrice Royal Inheritor To The United Kingdoms of Great Britain, etc.," ubi de Homero, quem aliquodam prolegomenon loco „*The Prince of Poets*" vocat, hoc dicit:

„. . . *O! 't is wond'rous much,*
Though nothing prized, that the right virtuous touch
Of a well written soul to virtue moves;
Nor have we souls to purpose, if their loves
Of fitting objects be not so inflamed.
How much then were this kingdom's main soul main'd,
To want this great inflamer of all powers
That move in human souls! All realms but yours
Are honour'd with him, and hold blest that state
That have his works to read and contemplate:
In which humanity to her height is raised,
Which all the world, yet none enough, hath praised;
Seas, earth, and heaven, he did in verse comprise,
Out-sung the Muses and did equalize
Their king Apollo; being so far from cause
Of Princes' light thoughts, that their gravest laws
May find stuff to be fashioned by his lines.
Through all the pomp of Kingdoms still he shines,
And graceth all his gracers. Then let lie
Your lutes and viols, and more loftily
Make the heroics of your Homer sung,
To drums and trumpets set his angel's tongue,
And, with the princely sport of hawks you use,
Behold the kingly flight of his high muse,
And see how, like the phoenix, she renews
Her age and starry feathers in your sun,
Thousands of years attending, every one
Blowing the holy fire, and throwing in
Their seasons, kingdoms, nations, that have been
Subverted in them; laws, religions, all
Offer'd to change and greedy funeral;
Yet still your Homer, lasting, living, reigning,
And proves how firm truth builds in poets' feigning."

Popius lucri faciendi causa ad Homerum vertendum accessit, qua de re Iohnsonius in libro, qui „*Lives of the English Poets*" inscribitur, haec dicit: „*The next year (1713) produced a bolder attempt, by which profit was sought as well as praise. The poems which Pope had hitherto written, how-*

ever they might have diffused his name, had made very little addition to his fortune. The allowance which his father made him, though proportioned to what he had, it might be liberal, could not be large; his religion hindered him from the occupation of any civil employment; and he complained that he wanted even money to buy books. He therefore resolved to try how far the favour of the public extended, by soliciting a subscription to a version of the Iliad with large notes." Atque Popius quod secure et ad suum arbitrium vivere potuisset, id se soli Homero debere postea ipse fassus est. Quare fieri non potuit quin vero laboris sui studio et amore careret, quod ex Iohnsonii hisce verbis apparet: „*Pope, having now emitted his proposals, and engaged not only his own reputation, but in some degree that of his friends who patronized his subscription, began to be frighted at his own undertaking, and finding himself at first embarassed with difficulties, which retarded and oppressed him, he was for a time timorous and uneasy, had his nights disturbed by dreams of long journeys through unknown ways, and wished, as he said, „that somebody would hang him.*"" Solo quaestu quem ex labore suo sibi redundaturum esse sperabat, ad Homerum vertendum eum impulsum fuisse, luculenter quoque ea re cernitur, quod cum ad Odysseam vertendam duos adiutores sibi ascivisset, his exiguam tantum mercedulam reddidit, sibi ipsi autem maximam quaestus partem vindicavit. Iohnsonius [1]), „*In the patent,*" inquit, „*instead of saying that he had „translated" the Odyssey, as he had said of the Iliad, he says, that he had „undertaken" a translation.*"

Cowperus deinde Homerum eo animo vertere incepit, ut hac re quasi medicina animi sui perturbationem sublevaret. Attamen interdum se ipse accusat, quod laborem susceperit opinionibus suis de rebus divinis nullo modo convenientem. Ei quoque in Homero vertendo multae difficultates videntur occurrisse. Denique nonnullos locos ex eius epistolis desumptos afferam liceat, quibus id quod

1) *Lives of the English Poets.*

